

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

63. Orentivs haud illicitè in confessione aperit complicem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

ripotest, si grauis necessitas vrgeat. Sed in proposito vrget talis, nim. iactura rei familiaris. Tum quia hoc non est formaliter cooperati ad peccatum, sed solùm permittere ad cauendam iacturam honestæ sustentationis. Tum quia in aliquibus vrbibus, vbi Catholici mixti hæreticis vivunt, id passim fit. Ergo ob vrgentem causam etiā in alijs fieri potest.

Ad rationem in contrarium dicimus, ex ea oppositam sententiam solùm valde probabilem constitui, non autem nostram responsionem improbabilitatis convinci; cùm absolutè cooperatio hæc tantùm sit materialis.

LXIII. Orentius rem habuit cum sorore suâ, quod flagitium confitetur cum omnibus circumstantijs, cùm sciret, sororem non ignotam esse Confessario. Quæritur. Vtrum licite id fecerit?

Videtur minimè licite id eum fecisse, cùm grauiter infamârit complicem absque iustâ causâ.

Resp. I. Si præter infamiam nullum aliud damnum complici fuit illatum, non peccâsse Orientium mortaliter, eum reuelando. Ita Caietan. I. 2. q. 63. art. 2. d. 1. l. 5. d. 2. præcept. Eccl. c. n. 3. & plures alij, quos refert & sequitur Diana P. 2. Tr. 17. R. 22. & P. 6. Tr 7. R. 9. quia reuelare crimen complicis Confessario, perinde est, ac si nulli reuelaretur, cùm absit periculum divulgationis. Resp. II. Orientium potuisse, imò & debuisse reuelare compli-

cem,

cem, si nec aliter peccatum suum explicare, nec alium Confessarium habere potuerit. Ita Card. de Lugo de Pœnit. D. 16. num. 394. Di- castillo de Pœnit. D. 9. n. 893. & plurimi apud hos relati. Quia causa, cur Trident. sess. 14. c. 5. præceptam dixerit confessionem integrā, vñ scilicet Sacerdos posset prudenter iudicare, punire, curare &c. hæc inquam, causa probat etiam declaranda esse peccata cum notitiâ complicitis. Resp. III. Probabile esse, Orientium propter solam consolationem animi, & bonum spirituale ex integrâ confessione apud talēm Confessarium factā potuisse huic confiteri, etiam si aliū habere potuisset. Ita Tam- burinus de exped. conf. L. 2. c. 9. §. 2. quem citat & sequi videtur Busenbaum L. 6. Tr. 4. c. 1. d. 3. art. 2. in fine. Ratio est, tum quia complex non censetur rationabiliter inuitus, si reuele- tur in tam secreto foro ideo, ut seruetur præ- ceptum Chtisti, & percipientur solidi fructus spirituales ex integritate confessionis. Tum quia praxis piorum ac doctorum Confessa- riorum hoc docet, dum non reprehendunt pœnitentes, si ex tali causa complicitis mentio- nem faciant. Tum quia ex mente Fagund. in præcept. 2. Eccl. L. 5. c. 1. n. 3. intali casu non est præceptum, sed consilium tantum, ut pœni- tens alium Confessarium quærat. Atque ex his patet ad rationem in contrarium.

**LXIV.** Pamphilus s̄aep̄ cibo & potu implet  
se